



UMR.

294<sup>4</sup>  
qu



DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS

De

# PARALYSI,

*Quam*

jussu & autoritate

Illustris ac gratiosissimæ Facultatis Medicæ

in almâ Salanâ,

P R Æ S I D E

V I R O

*Excellentissimo & Experientissimo*

DN. GEORGIO WOLFF-  
GANGO WEDELIO,

Med. Doct. Theoret. P. P. famigeratissimo,

Medic. Ducal. Saxon. nec non S. R. I. Natur. Curios.

Adjuncto spectatissimo,

*Domino Patrono, Præceptore, ac Promotore*

*nunquam satis colendo,*

PRO LICENTIA

Summos in arte Medicâ honores, insignia &

privilegia Doctoralia legitimè consequendi,

*publicæ Philiatricorum disquisitioni submittit*

SAMUEL Grass / Vratislav. Silesius,

*in Auditorio majori,*

*horis ante & pomeridianis*

*ad diem 21. Jul. A. O. R. M DC LXXVII.*

---

J E N Æ,

TYPIS SAMUELIS KREBSII.



354.

DISPUTATIO MEDICA INALTISSIMA

De

P A R A L Y S I S

DE  
P A R A L Y S I S

DNI GEORGIO WOLFF  
CANONICO WITTELBERGENSI

Med. Doct. Theor. P. Praxi. Prof. Publ. in  
Univ. Wittebergensi

Medic. Doct. Sax. et Elect. Saxon. Cancell.

Abbas. Collegii Medic. in  
Univ. Wittebergensi

PRO LEGENTIA

Summae et in illa hactenus in  
primis de causa legitime contentae

Mark. 16. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

SAMUEL DE WITTEBERG. Silesius

Medic. Doct. Sax. et Elect. Saxon. Cancell.

Abbas. Collegii Medic. in  
Univ. Wittebergensi

PRO LEGENTIA

Summae et in illa hactenus in  
primis de causa legitime contentae







PRO O E M I U M.

**M**ilerum est tortores experiri dolores; horumque facibus accensis noctu diuque ingemiscere, seu in plura divisum saeviat invisum malum membra, seu unicum saltim vel abjectissimum id experiatur.

Ast non sentire omni tristi sensatione est miserius, non punctam sectamve retrahere manum, non percipere objecta, quid aliud est, quam inanimem quasi partem & ut pondus inutile circumferre corpusculum?

Nec sentire, nec ad imperium moveri posse omnium miserimum. Corporis nostri infirmitas multos subit casus, vix æque lamentabilem & aspectu miserandum, quam paralyfin.

Gravitate membrorum & cruciatu dolorum si quis quem levet, magnam ineat gratiam: Sed quantam ille quæso, qui juvante Numine sensum partibus, motum membris, vitam corpori restituit, meretur medendi artifex?

Tam benigna scilicet est rerum parens, ut quanto vis etiam malo suum dederit remedium, & potestate vitali dotata arcana in subsidium valetudinis abundè largita sit.

Nos hâc vice & morbum tam dirum scrutabimur, & huic opposita aptè remedia. Faxit benignum Numen, ut ex voto omnia succedant.

CAPUT I.

De

*Paralyseos definitione nominali & reali.*

A 2

Quod



**Π**od aliàs in genere de philologia usu & laude dicitur, Socratico elogio, *δέχη τῆς παιδευσεως, ἢ τῶν ὀνομαστικῶν διδασκαλις*, *initium doctrinae, nominis confideratio*; Id omninò quàm maximè valet in medicinâ quoque. Præprimis verò circa morborum notionem id opus esse, vel sexcenta loquuntur exempla, ut adeò & hic nomina rerum esse involucria pateat.

Dicitur affectus noster Græco, ut plurimi alii, nomine *παραλύσις, ἀπὸ τῆς παρα- & λύσεως* i. e. *resolvi*, quoniam in eo instrumenta motus, musculi, quoad nervum, ita debilitantur vel laxantur, vel quovis modo de debito suo statu naturali dejiciuntur, ut vel aditus influentibus licet spiritibus denegentur, vel iidem improportionatum invenientes organum omninò non influere & actiones suas edere possint. Hinc Latinis dicitur Resolutio, cum additamento inprimis nervorum; Germ. die Lähme. Hinc affectu hocce laborantes dicuntur *παραλυόμενοι*, resoluti, Lähme.

Notabile est, paralyfin esse generalius vocabulum, & latius patere. Comprehendit enim in ambitu suo alia specialia nomina, ut *παραπληγία*, ita enim ipse Galenus ab Hippocrate vocari scribit *πᾶς ἐξ ἀποπληξίας εἰς τι μέρος καὶ ἄσκηπθῆσαι παραλύσεις*, *resolutiones ex apoplexiâ in partem aliquam decumbentes*. Par ratio est *ἡμιπληγίας* & aliorum similibum. Sic quæ colicam excipit, *πᾶρεσις* magis dici consuevit, quæ scorbutum, scorbutica paralyfis, ut taceamus paralyfes particulares alias.

Ab Hippocrate tamen dicitur etiam *ἀποπληξία*, v. g. linguae, brachii &c. vid. *Coac. Prænot. c. 3. t. 88*. Differt nimirum Paralyfis juxta autores ab Apoplexiâ & stupore gradibus, apoplexiam dicendo, quæ totum affligit corpus, paralyfin, quæ partem quandam; stuporem, qui abolitio non tam motus, quàm sensus, vel diminutio saltim eorundem est, prænantius quàm plurimum subsecutura paralyseos. Hinc ad perfectam paralyfin & sensus & motus abolitionem requiri statuitur.

Ea propter etiam differt impotentia motus à Paralyfi verâ,





3.  
verâ, ut latius & strictius, seu ut genus & species, cùm hæc ab influxu spirituum denegato, illa verò à variis causis oriri queat, v. g. luxatione, fracturâ &c.

357.  
Sed remotis cæteris explicationibus nos Paralyfin eam hoc loco intellectam volumus, quæ est partium corporis certarum motui voluntario dicatarum resolutio. Quare ne vagabundi in progressu ad hæc vel illas affectuum consimilium species evagemur, statuz instar Mercurialis hancce, vulgatissimam quanquam, ponemus definitionem ipsius Paralyseos :

Paralyfis est abolitio motus voluntarii & nonnunquam sensus simul partium corporis certarum ab influxu spirituum animalium prohibito dependens.

GENUS quod attinet, rectè statuimus illud esse abolitionem motus voluntarii. Cùm enim non depravetur motus in paralyfi, quod in convulsionibus fit, neque imminuatur solum, sed penitus aboleatur, ipsâ autopsiâ, communique autorum consensu generis confirmatur autoritas, licet hæc ipsa abolitio non sit absoluta, sed potentiâ nativam recipiendi conditionem limitata, seu in actu secundo maximè talis.

Quemadmodum verò duplex in corpore animadvertitur motus, unus *naturalis*, qui in vitis quoque nobis procedit, & alter *animalis*, seu *voluntarius*, qui ab arbitrio voluntatis dependet, & promoveri ac intendi potest; Imò tertius quoque resultat, intermedius quasi inter naturalem & voluntarium, quem ad tempus remorari aut promovere possumus, exemplo respirationis, distinctè additum est, esse abolitionem motus voluntarii. Etenim in paralyticis movetur cor, movetur sanguis, movetur diaphragma, resolutis licet organis motui voluntario dicatis.

Diximus porrò, nonnunquam abolitum etiam esse sensum. Cùm enim multò fortiores copiosioresque spirituum turmæ requirantur ad motum voluntarium perficiendum, quàm ad sensum, qui pauciori influxu contentus est, facile colligere licet, obstructo majori alveo, minores rivulos omninò



omnino carere suo liquore, adeoque perduto motu interire necessum esse simul sensum. Idque in illis maxime valet, ubi ab uno eodemque nervo & sensus & motus dispensatur. Elegans in hanc rem locus est apud *Pergamenum l. i. de caus. sympt. c. 5.* musculorum motus, ait, cum agendo, non autem patiente (in quo tactus sensus magis consistit) obeatur, totum namque corpus ab hoc transfertur, multam eget animali virtute. Contra vero nunquam deprehendas musculum ullum moveri, ut idem non sentiat. In quibus vero partibus diversis pro motu & sensu distribuuntur nervi, ut in lingua & oculis, alterutrius resolutionem ejusdem actio abolita excipit. Videri hanc in rem etiam potest *Fr. Hildesheim. spicil. 8. de aff. cap. p. 616.*

Liquet exinde causae in definitione propositae veritas, ubi influxus spirituum animalium prohibitus accusatur. Spiritus enim uti nervorum beneficio deduci partes omnes, ceu magnes ferrum, actuant ad actiones suas obeundas, ita quoque in sensu & motu laeso vitium in ipsos redundare veritati admodum est consentaneum; De quo infra plura.

*Jonston. syntagm. Univers. Med. p. 736.* addit definitioni, rationis laesione, ad differentiam Apoplexiae, ubi ceu fulmine ictu prosteruntur, nullo rationis vestigio apparente, quamvis ut plurimum sensuum hebetudo praecedat, & non raro debilitato cerebro Paralytici stupidioris paulo evadant iudicii.

CAPUT II.  
De  
Subjecto.

Cognita jam utraque & nominis & rei definitione ut recepta methodo ad subjecti evolutionem nos accingamus, ordo jubet. Melioris autem ordinis gratia distinguimus inter *subjectum principale*, & *minus tale, sive adequatum*, illud nominando, in quo affectus primario residet, hoc, quoque se extendit.

PRIN-





PRINCIPALE itaque SUBJECTUM paralyseos statui-  
mus nervos, canaliculos istos ac portitores spirituum ani-  
malium. Paralysis enim cum symptoma sit facultatis anima-  
lis & præsertim motricis, nec alia vasa proferent, quæ primariò  
& immediatè vivificos hosce deportent hospites, præter  
tertium illud vasorum genus, nervos, non incongruum fore  
firmiter nobis persuasum habemus, si in ipsis, tanquam pri-  
mariâ clade affectis, proximam mali sedem percontemur.

Duplici modo autem læduntur nervi, vel in origine,  
vel in insertione. In origine, dum serum sive copiosum, sive  
congelatum vel principium spinalis medullæ obviscat aut  
obruit, vel spinæ dorsalis subtiles meatus comprimuntur,  
adeoque liber cursus ipsorum incolis denegatur. Juxta inser-  
tionē afficiuntur itidem nervi variis modis, de quibus postea  
sub causarum titulo uberius se dicendi manifestabit campus.

SUBJECTUM ADÆQUATUM sunt muscoli, motu &  
sensu orbati, non tam propriâ culpâ, quàm vitio insertorum  
nervorum cladem ejusmodi passi. Perinde est, si dicamus,  
subjectum morbi esse musculum, hujus quippe functio abo-  
letur; subjectum verò causæ, nervum.

Minimè verò dubitamus nos extra oleas exspatiaturos,  
si occasione organorum sensus & motus, ipsius sensus ac mo-  
tus, brevissimis, prout quidem propositi ratio permiserit, pe-  
nitentem perscrutabimur cognitionem.

Et quidem de sensu primùm dicemus. Definitur hic à  
plerisque Physicis, animæ brutæ facultas, per quam animal  
objecta externa sentiat. Enim verò, cum definitio hæc mul-  
tis referta sit obscuritatibus, quid nimirum sit anima illa bru-  
ta, an spiritus tantum animales secundum *Willisum & Bar-  
thol. de luc. animant. p. 355.* ? An lux vitalis & formalis, quam  
hominem carnalem veterem Adamicum & legem carnis vo-  
cat *Helmont. de lith. c. 9. §. 35.* ? An forma ideis suis instructa,  
secundum *Marcum Marci tr. de ideis operat.* ? An aliud quid  
eamdem constituat ? item, an distincta sit in homine ab ani-  
mâ immateriali ? nec modum, quomodo objecta externa  
animam



animam ad taliter vel taliter sentiendum excitent; explicet, meritò in ulteriorem inquisitionem rapimur. Arduum quidem negotium est, nec faciliè concessum, tam intima naturæ percrutari arcana, adeò quidem, ut inquisitionem ejusdem inter desiderata sua primaria posuerit *Illustris Baco de Verulamio l. de augm. scient. p. 118.* Nihilominus tamèn, quid de hac re sentiamus, breviter exponemus. Cùm verò de homine (utpote in quo omnes cæteræ facultates sub conceptu immaterialis seu vulgò sic dictæ rationalis animæ concluduntur) hîc res sit, omnes de animâ brutâ simul mittimus ac excludimus controversias.

Præsupponimus itaque ad sensum hominis (hîc loci tantum) requiri

1. Hominem animatum; quemadmodum enim expirante animâ, sentiendi simul emoritur facultas, ita quoque ad sensum primariò eandem requiri credimus.

2. Supporimus, animam per se esse impatibilem, nec nisi quoad boni & mali perceptionem à sensibus externis propriissimè affici, indigere itaque instrumentis debitis, quibus mediantibus actionis sensum perficiat. Horum titulo insignimus spiritus animales per plexus nerveos undique in partes sensiles deductos, continuoque motu activos.

3. Partes istas sensiles seu organa esse principale membranas, adæquatam cutim.

4. Præsupponimus extraneum quid accedens, quo organum tactus feriatur, & quod, qualeque post anima sentiat, i. e. movens aliquod extrinsecum.

Præsuppositis itaque hisce, sensum tactus vel svavem vel tristem à proportionato vel minus proportionato objecti impetu provenire autumamus. Sic si volæ manus delicata membrana digitis leviter fricetur, subtili istâ contrectatione amicabile pulsu moventur plexus nervei; Hic motus, utpotè nullum damnum, moderatè institutus, naturæ inferens, per agitados spiritus cum cerebro continuatâ serie communicatur, animæque sub specie boni (gaudet nimirum hæc, quod externi



362  
 externi objecti impetum perferre potest) proponitur. Hinc gaudium illud voluptuosum ex titillatione pronascitur. Simili modo, si vel excessivè, quanquam leniter, moveantur nervosi plexus membranarum, vel extrinseca violentia continui affectet dissolutionem, anxie discussi turbatique spiritus, sub specie mali huncce motum animæ proponunt, quæ amicabilem corporei conjugii dissolutionem abhorrens tristitiam hanc causatur sensationem. Mercurius enim, Deorum iste nuncius, uti Superum deferendo placita mortales cælo quasi associat; Ita spiritus animales, animæ vicarii, motus & animæ & corporis in se suscipientes, ambo amicali detinent connubio. Sic languente animâ, languet corpus, moerente illâ, tabescit hoc, exultante illâ, corpus floridâ purpurâ internam testatur lætitiâ, reciprocam vicissitudine corporis passiones pari affectu perferente animâ. Patet proinde rei veritas, quod supra diximus, ex hoc, quod tum demortuo homini, tum membro irradiationis hujus spirituum animalium experti (sive molliter, sive duriter tractetur) nullus exoritur dolor, nullum gaudium.

Altera animati hominis affectio motus est, non minus, quàm sensus, intricatis scatens scrupulis, scrutinio ejus ob vulgaritatem neglecto. Fuerunt tamen, qui mechanicæ studiosi sat evidenter & eleganter, hypotheticè quanquam & modum & causam motus explicuerunt, inter quos meritò principatum tenent *Cartesius & Willisus*. Horum principiis insistentes & nos motus explicationem persequemur. Cùm verò veterum sententia de tractione nervorum jam dudum explosa & nobis hîc loci displiceat, melioris cognitionis gratiâ sequentia itidem ponamus supposita. Itaque supponimus

1. Motum hominis alium provenire ab objecto externo, alium ab intrinseco.
2. Uti ad sensum, ita & ad motum hominis requiri animam, gubernatorem veluti totius machinæ.
3. Continuatâ à cerebro serie in partes protendi nervos manareque in ipsis spiritus vigorantes.

B

4. Or:



4. Organa proxima esse musculos, undique fibris motricibus suffultos.

Quare cum, quæ per sensum tactus iudicat anima, (fermo nobis hic tantum est de musculis, qui tantum distendendo vel contrahendo partes annexas, officium suum obeunt) iudicet tanquam bonum complectendum & malum fugiendum, ipse motus pro objectorum ratione instituitur. Sic v. g. pungatur quis aculeis, ipsum hoc extrinsecum objectum impropotionaliter ferit plexus nervosos membranarum, adeoque continui dissolutionem affectat, quam provida natura avertere tentans, vicarios ad partem dolentem mittit spiritus, qui eandem musculis contractis, externi objecti subducant violentiæ. Parili ratione beneficio muscutorum partes ad objecta amabilia rapiuntur. Sic ab intrinseco quoque objecto agitantur muscoli, quod vel in iis observare licet, quibus insomnia turbulenta contingunt. Fiunt itaque varii motus, quando gubernante animâ muscoli ab influentibus spiritibus inflati, contrahuntur quasi, annexumque musculum secum rapiunt, necessariò sequente parte, in quam inserti sunt. Ista intumescencia muscutorum, uti à sanguine rarefactio in iisdem procedere nequit; (obstat enim motus tam varii celerrima mutatio, quæ ab humore rarefacto provenire nullo modo potest) ita spiritus animales, tam copiam influentes, quam insitos jam influxu suo magis agitantes & quasi accendentes, exploduntur quasi hæcque ratione musculos contrahendo partes movent, suoque officio satisfaciunt. Videri hanc in rem possunt *Carcesius l. de pass. Willis de morb. convulsivis*, it. illustris *Baco de Verulam. H. V. & M. p. m. 564.* qui Willisii hypothese assentiri videtur, dum spiritum vitalem (ita enim & animalem nuncupat) accensionem quandam habere, atque auram compositam esse ex flammâ & aëre statuit; inprimis etiam *Steno Element. myolog. p. 34. seqq.*

Ast cuncta hæc cessant in paralyti, motus omnis abest, neque extendi, contrahi, tensi in motu tonico manere vel proprio motu transferri in alium locum muscoli horumve fibræ



9.  
fibræ motrices, & quæ regunt membra, possunt. Feriantur hæc motûs organa, musculi flaccidi laxi ac velut elumbes ac enervati subsident, nec ad voluntatis arbitrium vel movent partes mobiles, vel moventur. Licet itaque ad cutim abeuntes nervi sensum aliquando, seu integrum, seu aliqualem præstent, ad musculos tamen diditi omninò vigore & ipsi orbati sunt, & quem non habent, implantare machinæ ad movendum nequeunt, unde jam de causis dicendum quoque venit.

CAPUT III.

De

*Causâ immediatâ & mediatis  
proximioribus.*

Cum scire sit rem per causas cognoscere, meritò ad earundem explicationem jam nos accingimus. Statuimus proinde, quemadmodum in definitione quoque posuimus, CAUSAM IMMEDIATAM paralyseos esse influxum spirituum animalium prohibitum. Sicuti enim affectus noster facultatis animalis symptoma dicitur, sic quoque causam immediatam in ipsius facultatis animalis instrumentis & organis residere necesse est.

Quare non assentiri possumus eorundem opinioni, qui compressionem arteriarum, influxumque spirituum vitalium denegatum tanquam causam proximam & immediatam in apoplexiâ & paralyti accusant, cum eadem partibus affectis æquè neciar suum communicent ac sanis, quanquam non eâ dulcedine constans, ob causas postea dicendas. Non enim valet, pulsus in paralyticis est debilis, ergò à compressione arteriarum originem ducit, adsunt aliæ causæ, ob quas divinus iste latex de suo dejicitur vigore motuque, & quasi vappescit. Neque experimenta vulgò in hanc rem adducta aliquid feridè evincunt, licet non negemus, ex accidenti etiam spiritus vitales ad partis hanc integram actionem suo modo concurrere.



384.  
*Helmontius tr. de lib. c. 9. p. 60. §. 82. & 62.* statuit paralyfin esse partium sensitivarum contracturam à terrore solo ortam, qui id proprietatis habet, ut poros confestim claudat, si subitaneus fuerit; Fieri quoque eandem, si alieno spiritu & de-  
 vio partes irrorentur *l. spir. vit. §. 14.*

Eleganter hunc denegatum spirituum in canales suos influxum, ex miro veterum & recentiorum consensu, mechanico quasi seu evidenti licet illustrare experimento. Ut enim, verbis *Helmontii*, spiritus motivi vitale lumen per nervos dispensatum, diradians, defert imperium voluntatis, sive nutum ad musculos, organum executivum motus illius, quem anima sibi arbitraliter proposuit; Ita juxta *Bartholinum Anat. reform. c. de nerv. p. 454.* à denegatâ irradiatione luminis spirituum animalium in partes originem habet paralyfis. Quemadmodum enim fulgido solis jubare ab interveniente nebularum spissitudine intercepto cuncta marcescunt: Ita privata lumine spirituum animalium partes & sensu & motu quasi emoriuntur. Id ipsum omne jam dudum elegantissimè *Pergamenus l. 1. de sympt. caus. c. 5.* tradidit, addito etiam alio simili, quod ad illud dubium facit, nervos non esse pervios, permeare hanc lucem corpus nervorum, ut per aquam vel aërem solis radii transeunt, quibus, ut in aëre nebula, fumus, nubes; ita in aquâ lutum & limus obstare possint, ac quo minus eorum splendor per ea sincerus procedat, impedimento sint ac vent.

CAUSÆ MEDIATÆ PROXIMIORES variæ sunt, omnes tamen ita comparatæ, ut transitum spirituum animalium prohibeant, vel remorentur. Vel enim nervi ipsi peccant, tum intemperie frigidâ tum calidâ, unde spiritibus influxus denegatur ob organum impropportionatum; Vel obstructi aut compressi eosdem ad partes non transmittunt, vel discissi eosdem planè excludunt.

Quod itaque intemperiem nervorum frigidam attinet, certum est, sæpè à laxatis ob frigus externum nervis & coagulatis spiritibus animalibus paralyfin provenire, quemadmodum



365

dum quidam apud *Galenum* in brachiorum paralyfin incidit, qui madido pallio collum diutius textit, alius lapidi frigido corpore nudo insidens crurum resolutionem passus est. Frequenter hoc accidere solet illis, qui aquæ frigidæ diutius immorantur, ut etiam nonnunquam sibi imaginentur, trahi se à spectro quodam vel nymphâ ad fundum, cum tamen resoluti pedes à nimio frigore corporis molem diutius ferre nequeant, id quod tamen alii ad spasum magis referunt. Calidam verò intemperiem condensando nervos non minus quàm frigidam hocce malum inducere posse, veritati minimè repugnat. Cùm enim constet, omnes viventis corporis partes sub caloris degere dominio, hic verò quâcunque de causâ de blando naturali statu dejectus, in exitiale erumpat incendium & ceu tyrannus subjectas cum spiritibus depascatur partes, haut credibile, solos nervos hujus ferociæ excutere jugum, unde febres nonnunquam secuta visa tuit paralyfis. Quanquam negandum omninò non sit, plerumque paralyfin intemperiem frigidam, vel per se, vel per decidentiam quasi ex præviâ calidâ agnoscere matrem, idque magis mediâtè, quatenus ad transitum impediendum concurrat.

Communissima enim omnium causa sunt vitia meatuum illa *θλίψις*, *ἐμφορξίς*, *σπασμωδία*, vel *compressio*, *obstructio*, *conspiratio*. Fit autem talis obstructio sive compressio vel ab humoribus, vel vaporibus. Mittimus hîc veterum divisionem, quâ in quatuor genera humores dividebant. Cum enim particulariter singuli ad caput non ferantur, sed sanguini commixti, superfluum ducimus, in iisdem peculiarem paralyseos quærere causam. Stante itaque circulatione sanguinis nihil aliud rotatur in canalibus istis, quàm *κατ' ἐξοχήν* sic dictus sanguis, ac fibras ejusdem perreptans ac diluens serum. Hæc pro ut vel *quantitate* vel *qualitate* vel *motu* peccant, paralyseos causam constituunt. Et quidem sanguis hancce inducit cladē, dum apertis venarum orificiis vel ab erosione vel à casu ab alto, vel propriâ *ναυσίωσι* vel ruptione extravasatur, adeoque grumescens in vasa recipi nequit, hâcque ratione poris cere-



bri & nervorum illabitur & viam spiritibus animalibus præcludit, quemadmodum *Excellentissimus Dn. D. Præses, Præceptor atq; Patronus meus nunquam satis colendus*, casum alicujus mecum communicavit, qui de nuce lapsus atque in caput illisus in universalem incidit paralyfin, ubi concussione istâ sanguinem extravasatum fuisse nemo negabit. Vid. quoque *Borell. cent. 2. obs. 34. p. 135.*

Plerumque tamen serosa colluvies debile cerebrum inundans, porosque spinalis medullæ obsidens vel in nervorum origine coagulata paralyfin causatur, inprimis ut cum *Excellent. Dn. D. Præsede* loquamur, si lymphæ vappescens seu humores acidi coagulantes nervis se insinuant. Præstant enim inprimis obstructionem hanc humores frigidi, acidi, coagulantes, &ales, qui sese insinuant in poros nervorum, eosque ac ipsorum incolas de tono suo dejiunt. Licet verò sint, qui nervos minimè obstructos, sed compressos solum statuant; attamen cum laxari possint, cerebrique & spinalis medullæ substantia porosa, semperque madida conspiciatur, absolum haut est, serum, præsertim mole grave, qualitate verò infestum & peregrinum redditum, in subtiles eorum thorulos sese insinuare, ibique stagnando lentescere, obstructionemque inducere. Interim comprimi nervos ab incumbentium humorum ponderè minimè improbamus, de quo postea dicemus.

*River. in prax. l. 1. de paralyf. p. 106.* febris tertianis nothis paralyfin nonnunquam supervenire, adeoq; à bile quoq; eandem produci scribit. At enim verò, cum neque bilis, neq; melancholia seorsim ad caput, uti dictum, ferantur, serum verò omnium humorum tincturam imbibat, sub unico feri titulo humorem peccantem intellexisse sufficiat. Idem enim dixerit, si melancholiam nuncupavero serum sale acido imprægnatum, vel bilem serum tincturâ biliosâ gravidum.

Vapores crassi, nebulosi, quemadmodum vertiginem causaudo apoplexiæ prodromi sunt, ita & paralyfin inducere posse haut erroneum videtur. Declarant hoc eleganter Chimi-

mici



mici, dum mercuriales vapores in nervorum principio, nervisque ipsis fixatos accusant, quod damno suo metallarii, aurifabri & qui specula conficiunt, experiuntur. Sic & profant exempla, qui capite à narcoticis vini vaporibus repleto in paralyfin aliquot dierum inciderunt. De noxiis hisce vaporibus metallicis inter alios videri potest *Stockhusius tr. de lithargyr. fumo noxio morbifico, it. Langius in ep. l. 1. ep. 43. p. 189. & seqq.*

In paralyfi scorbuticâ abundante serosâ colluvie salinae & ea scorïæ in culpâ quoque sunt.

Fit etiam non raro Paralyfis à compressione nervorum. Dum enim luxantur partes, contorquentur cum iisdem simul nervi, spiritibusque animalibus influxus denegatur. Sic paralyfin à gibbere, contra ac *Sennertus* sensit, annotavit *Excell. Dn. D. Præses ann. II. Epb. Germ. obs. 230. & Hildan. cent. 5. obs. 7.* Parili ratione procedit paralyfis ex tumore oriunda. Sic serum intra spinalem medullam & vertebrae subsidens mole comprimendo causatur abolitionem motus & sensus quarundam partium. *Vid. Sennert. Inst. l. 2. p. 3. sect. 2. c. 5. p. 434.*

Denique facile est æstimare, quâ ratione præcisi nervi tertium causarum paralyseos constituent genus. Etenim cum spirituum influxus continuus à continuitate vaporum, per quæ feruntur, dependeat, oppidò liquet, continuitate hæc solutâ cessare contentorum influxum. Sic præciso brachii nervo, qui ab illo actuatur, digitus riget. Sic præcisis digitorum nervis non semel vidimus hinc ad motus genera exercenda ineptos digitos, sive contracti maneant, quod pro luitu ægri dispensare fas est chirurgo, sive rigidi & contractioni inepti. Ex quibus colligere liceat, tum à privativâ causâ oriri paralyfin, si quidem præcludatur via & transitus satis alioqui vegetis spiritibus, tum à positivâ narcoticâ, cadaverosâ, & mortuâ quasi materiâ & qualitate, lucidos illos, vegetos & agilissimos motus rectores pessundantes, utrobique poris canalium subsidentibus & occlusis.

CAPUT



*Causis mediatis remotioribus supernaturalibus & naturalibus.*

**E**X causis mediatis remotioribus primò sese sistit **SUPER-NATURALIS**. Dæmon enim milleartifex imperscrutabili nobis ratione permittente DEO in corpora infinitis modis agere potest. Hinc venefici ad petitum invidi hominis innoxio vel oculum excutiunt, vel paralyticum ut plurimum efficiunt, vel quovis modo lædunt sive ad tempus, sive ad dies vitæ. Hinc ablatâ re quâdam communissimæ proferuntur minæ, fore, ut autor furti manuum pedumque contracturâ & ineptitudine id luat, *krum und sahm machen* vulgò dicunt.

Inter **NATURALES** eminent **TEMPERAMENTUM** frigidum & humidum, aptissimum ad excrementitium serum fovendum, nec minus melancholicum; ubi acido-salinæ particulæ vitio viscerum in corpore stabulantes facillè serum ad causandam paralyfin & coagulandos spiritus disponere valent.

**ÆTAS JUVENILIS** minus quidem hocce affigitur affectu, utpote in quâ calor vegetus adhuc est, evenit tamen nonnunquam, ut diætæ errore accumulata saburra ad nervorum rapiatur progeniem, nostrumque producat affectum. Huic tamen calamitati frequentius subjecti degunt senes, quorum temperamento frigido, spiritibus sensim à vigore & motu suo desciscens, competens magis est malum.

**SEXUS MULIEBRIS**, licet laxioris sit temperamenti & maximè ad frigidos affectus dispositus, quoniam tamen ut plurimum genio non ita indulget ac virilis, posito ordinario tributo lunari, quàm plurimis excipitur calamitatibus. Mulieres tamen *l.c. §. 63.* notat *Helmontius*, ut timidi plerumque sunt animi, per terrorem frequenter corruiere in paralyfin absque apoplexiâ.



*Causis non naturalibus & præternaturalibus.*

**A**mplum dominium est, quod exercent in corpus sex res non naturales, ad eò quidem, ut ab ipsis ferè tota dispensari videatur sanitas. Inter has primum locum sibi vendicat **AER**. Docente enim *Hippocr. sect. 5. aph. 1.* mutationes temporum potissimùm pariunt morbos & in ipsis temporibus magnæ mutationes frigoris ac calor. Aër in primis pluviosus ac frigidus, quemadmodum in genere corporis poros confringendo, fuliginibus interceptis, nec expulsis magnas affert clades, ita præprimis nervosum genus inimico invadit impetu. Unde *Helmontius l. c. §. 61.* non immeritò ambientis aëris frigus narcoticum vocat; & frigida universali quasi oraculo nervis inimica sunt. Commovet ac fundit humores, congelarique aptos reddit aër frigidior.

Præprimis Austrò flante, teste *Coo sect. 3. aph. 5.* maxime debilitatur caput. Luna communiter statuitur humorum directrix; Hæc in plenilunio constituta, vix dici potest, quàm disponat ad Apoplexiam & paralyfin, quibus aliàs debile est caput.

**ASTRORUM INFLUXUM** inter causas tales remotas non sine causâ referimus; observatum siquidem & ab aliis, & ab *Excell. Dn. D. Preside* est sem Dæ & Ξii, præsertim in Υ, & accedentibus infaustis hni radiis, ut taceamus alios consimiles sinistros aspectus, paralyfin dedisse.

**CIBUS & POTUS** huc faciunt, dum vel immodicè, vel pravâ qualitate infecti, vel inordinariè ingesti sunt, hinc concoqui nescii, crudi in corpore remanent. Sic fumo indurati & saliti cibi, pisces torrefacti, uno verbo, mali succi, quique ventriculo negotium faciunt, potus feculentus, minus lupulo conditus, aquæ nitrosæ, fomitem paralyfi sub-



ministrant. Vina generosiora, Hungarica, Italica, Hispanica, immoderatus hausta, ob subtilem, quem secum habent, Tartarum, acoremque, oppidò nervis bellum indicunt, quod tremuli Bacchi heroum articuli abundè testantur.

Maximè verò omnium ad cacochymiam disponit inordinata ciborum ingestio. Dùm enim cibo priori nondùm concocto nova ingeritur moles, & in noctem protrahuntur pocula, chylificationem turbari, hincque crudum generari sanguinem omninò necessum est.

Pertinent huc narcotica & soporifera incautius usurpata, quippe illa quoque non tam spiritus mortificant & fugant, ut quidam volunt, quàm obruunt & pervertunt ac debilitant, unde & ipse  $\Psi$  i huc facit omninò.

MOTUS CORPORIS tempestivè institutus vigorat sanguinem, fuligines expellendo purgat corpus, crassos ac lentos humores discutit. Contra ea quies torpida flaccidum reddit corpus, excrementa cumulat, caput imprimis torpidum facit, ad affectus frigidos solenniter disponit. Sicuti enim n̄ moveantur aquæ corrumpuntur, ita eodem modo vappescit & lentescit sanguis serumque, pòst ad obstructiones efficiendas fat idoneum.

Immodicæ vicissim exercitationes de lassant artus & exhauriunt spiritus, maximè verò si frigida desuper hauriatur, coagulari sanguinem & varia inde produci mala, nec minus ad nostrum corpus disponi in confesso est.

Pari ratione malè sibi consulunt, quibus Morphei sua via phantasmata nimium placent. Hoc modo cerebrum humidius redditum non exiguam spem subsequituræ dispositionis ad apoplexiam & paralytin somnolentis facit. Quin & è contrario NIMIÆ VIGILIÆ spiritus absumendo, cerebrum & nervos debilitando, non exiguum itidem huic affectui afferunt pondus.

ANIMI PATHEMATA, quantum totum alterent corpus, adque morbos disponant, comes humorum motus, satis superque testatur. Maximè autem omnium moerore ebrii, tristi-



crisibusque animi passionibus emaciati enses proprio adaptant jugulo, occasionalemque affectui nostro præbent causam, absumendo spiritus, calorem dissipando atque sanguinem in vappam reducendo, inde ex mœrore & curâ quosdam fieri paralyticos notat *Traillian l. 1. c. 16.* Nec ira excludenda, cum, licet furor brevis sit, & causæ morbi contraria videatur, tremere inde artus, genua labi, & spiritus consequenter mirum quantum debilitari videamus. Omnium præcipuus acufandus est terror & pavor subitaneus, quo oborto de statione suâ fugere spiritus & membra quasi sine sensu & motu relinqui toto die cernimus.

EXCRETA & RETENTA debito modo sibi invicem non respondentia varias & ad hoc malum in corpore cient turbas. Alvus adstricta tetra spirando effluvia caput replet, coctionem impedit, cruditates inducit. Eâdem ratione inhibiti sudores, urina & evacuationes consuetæ aliæ, seroso diluvio regiam animi inundando sedem, multum hinc nocu-menti afferunt.

VENUS intermissa, sicuti corpus emollit ac flaccidum reddit, sic immoderatè culta spiritus depopulatur, calidumque innatum depascendo frigidum facit & elumbe.

Affectus quibus supervenire solet Paralysis, sunt Apoplexia, Epilepsia, materiâ in ignobiliorem partem demandatâ, item febres tertianæ puriæ, morbi capitis frigidi, chronici, colica, scorbutus, affectus hysterici, vel cumulatâ materiâ vitiosâ in massâ sanguineâ, vel ex utero, intestinis, mesenterio in vasa redundante, & hinc mediantibus arteriis in musculos inprimis manuum præcipitatâ, unde contractio horum & actio impeditur. Reverâ tamen non tam propriè dicta illa colica sæpenumerò est, quàm dolor mesenterii scorbuticus, de quo legi meretur *Druvitiuus & alii.*

Novimus Hungarum post palpitationem cordis paralyticum factum, ab *Excell. Dn. D. Præsidi* curatum. *Helmontius* musculis novas fibras subortas paralytin attulisse, iisque sublatis hanc sublata scribit *l. recentia p. 381.* Hæmorrhagiam



narium secutam paralyfin memorat *Brassavol. 7. aphor. comment. 9.*

## CAPUT VI.

De

*Differentiis.*

**D**ifferentias paralyseos quod attinet, desumuntur eadem vel à genere vel à subjecto, vel à causâ tum internâ tum externâ.

Ratione GENERIS, vel in totum motus & sensus aboletur, vel in tantum; vel aboletur motus salvo sensu.

Ratione SUBJECTI alia est *universalis*, in quâ vel totum corpus excepto capite occupatur, vel *medietas* sive alterutrum latus, qualem universalem paralyfin annotavit *Excell. D. D. Praeses ann. II. Ephem. Germ. obs. 231.*

Alia est *particularis*, cum certa quædam pars resoluta est. Sic datur Paralyfis linguæ, brachii, pedum, sphincteris ani, palpebrarum apud *Timaum*, oculi &c.

Ratione CAUSÆ INTERNÆ,

Alia fit à *spirituum resolutione*, alia ab *intemperie nervorum*, propter humores serosos ac frigidos tonum ipsorum laxantes, quemadmodum paralyfin linguæ à vesiculâ in capite sero repletâ, & in nervos linguæ continuò stillante observavit *River. obs. communic. 7. p. 692.*

Alia à *nervorum angustia*, quæ completur sub se compressionem & obstructionem. *Vid. c. 3.*

Alia à spiritibus, à *narcoticis* & *çalibus* exhalationibus quasi congelatis & fixatis.

Alia à *dolore tremulo mesenterii*; vid. *Eph. Germ. obs. 59. ann. I.*

Ratione CAUSÆ EXTERNÆ; alia fit à frigore externo; alia ab unitate solutâ; alia à luxatione; alia à fracturis cranii cœcis. Quin adeò tot sunt hujus rei ferè differentiarum, quot causarum.

CA.



*Diagnosi & Prognosi.*

373.

PRÆcone non opus habet, quod se ipsum manifestat, nec paralyfis in actu constituta signorum plurium recensione indiget.

IMMINENTEM paralyfin præfagiunt, difficultas movendi, stupor crebrior membri, vertigo, nonnunquam auditus difficultas præcedit. Sæpè tamen vel inadvertentibus ingruit, prout causa producens se habet.

PRÆSENTEM esse paralyfin RATIONE GENERIS monstrant

1. *Essentialiter inærentia* duo, *ἀκίνησις*, motus impotentia, & *ἀνασθησις*, sensus abolitio, licet illius principaliter, hujus secundario magis, siquidem propriè loquendo aliud est stupor, aliud paralyfis. Hinc compedibus quasi victos paralyticos, immobiles quoad partem affectam jacere oportet, unde nec ad dolores (ob sensum emortuum) ingemiscere solent, nec ad voluptates mala ad risum componere possunt.

2. In *essentialiter consequentibus* notabilis est *ψυχῆσις*, membri frigiditas, gravitas, siquidem quasi seipso gravius fit, flacciditas & atrophia. Non rarò tamen & tumor in paralyticis observatur, utrobique spiritibus & sanguine à munere & circulo suo desciscente. Pulsus tardus ac debilis spirituum animalium absentiam arguit, vigoremque sanguinis dejectum. Hinc musculis resolutis allatum sanguinem agitare nesciis idem restagnat, luceque vitali destitutus spirituaſcentiam suam amittit vappescitque. Non rarò tamen in senibus hemiplecticis pulsus magnus & tardus observatus est ab *excell. D.D. Præfide*, ut inde fallax signum evadat medico, nisi cautus sit. Urina tenuis ut plurimum & aquosior visitur. Alvus quandoque injusta prodit, si sphincter ani resolutus fuerit. Reliquas particulares paralyfes actio determinata-



rum partium læsa innuit, linguæ, labiorum, palpebrarum &c.

RATIONE SUBJECTI signa utervantur. necessarium est, de quo generalis regula illa esse potest; In quacunq[ue] paralyfi respiciendum ad ortum nervorum & musculorum. Hinc si paralyfis sit in capite, vitium hæret in cerebro, si in artubus, in spinali medullâ &c. Hinc noscendum omninò ex anatomicis est, quomodo & quinam nervi ad partes disseminentur, ne contingat illud, quod apud *Galenum* quibusdam accidisse legimus *l. 1. de loc. aff. c. 5.* ut manui paralyticæ ipsi applicentur topica nervina, quæ spinæ debebantur. Hinc altera regula priori consimilis addi potest: Quicumque nervus sensum vel motum parti largitur, illum sensu vel motu ablato affici necessum est.

CAUSARUM signa circumstantiæ aliæ prægressæ vel commitata patefaciunt; sive præcesserint morbi alii, apoplexia, epilepsia &c. seu errores diætæ & alia accidentia.

PROGNOSTICO muniturus se Medicus, locum primariò affectum & causam considerare necesse habet. Itaque 1. quoad SALUTIS & MORTIS prædictionem; perfectâ & universalis gravior & curatu difficilior imperfectâ & particulari, v. g. linguæ, digitorum, crurum &c. Minimè lethalis est, si per se oritur, sed licet difficilis curatu, non impossibilis tamen est. Si bonum hujus signum est, si atrophia desit, si sensus redeat, si morbus, (quod monet *Hippocrates*) ætati competat, si membrum caleat, si motu ablato sensus tum interni, tum externi respectivè vegeti & salvi sint, si tremor vel dolor subsequatur, quæ ut optimâ redituri sensus & roboris indicia in praxi suâ aliquoties observavit *Excell. D. D. Præses*; si oculus resoluti lateris non sit imminutus, si æger viribus constet, si caput non nimis debile, si febricula succedat.

Pejus verò se res habet, si subsequatur Apoplexiam, recidivam enim ut plurimum patitur æger, si oculus & pars affecta atrophiam corripiantur, si frigeat pars resoluta, si feces injussæ exeant, si seni alterum pedem in cymbâ Charontis jam habenti accidat, si mens stupidior ægrum constanter maneat. At impossibilis planè est curatio, si nervus per transversum dis-



dissectus sit. Quin & si ex validâ & subitâ vertebrarum dorsalium, præcipuè cervici propiorum luxatione vel vulnere oritur, ut plurimum & tantum non semper lethalis est.

Graviorem statum reddunt complicati affectus alii, epilepsia, convulsio, quam reciprocare aliquando cum paralyfi rectè adnotat *B. Mæb. Epit. Instit. p. 236.*

2. Ratione LONGITUDINIS & BREVITATIS; Paralysis chronicus morbus est, nec citò terminatur, sed per plures menses vel annos, inprimis quæ apoplexiæ succedit, durat. Scorbutica & ex colicâ vel mesenterii dolore oriunda paresis faciliorem & citiorem respectivè suscipit curationem.

3. Quoad EVENTUS MODUM, terminatur ad salutem *λύσις* seu lentâ solutione, hinc sensim ac sensim in alveos suos redeuntibus spiritibus, prævio sensu, tremore ac motu articularum minorum, hinc denique totius membri, primò tremiscunt membra, usque dum perfectè iterum moveri possint. Nonnunquam critica diarrhœa, vel superveniens febris eandem solvit.

Ad mortem vel superveniente apoplexiâ, vel emorientibus partibus, fatiscente simul facultate vitali & resolutione vîrium, vel marasmo, sudore colliquativo consequente.

## CAPUT IIX.

De

### *Curatione quoad præsidia universalia.*

CONSIDERATâ itaque morbi naturâ, ad finem considerationis nostræ jam properamus, medendi methodum scilicet, utpote propter quam cuncta dicta sunt, quæ dicta sunt. Absolvitur autem illa indicationibus consvetis, ut juxta CURATORIAM morbus, obstructio pororum in nervis, tollatur, & consequenter impeditus spirituum animalium influxus ac motus restauretur; dein, ut, quæ indicatio PRÆSERVATORIA est, causa morbifica tollatur; denique quæ VITALIS, ut partes læsæ roborentur.

Respe-



376  
Respectu itaque habito ad causam, unde processerit paralyfis, remedia desumenda ex triplici fonte, *Chirurgico, Pharmacutico & Diætico.*

Inter remedia Heroica, quæ Chirurgia nobis subministrat, primum locum sibi vindicat *VENÆ SECTIO*, magni aliàs in praxi usus. Hæc an conveniat in nostrâ paralyfi, meritò disquiritur.

Evitaturi omnem prolixitatem, statuimus, plerumque *V. S.* in paralyfi locum minimè habere. Cùm enim nullum indicans *V. S.* ut plurimum in eâdem adfit, plethora videlicet, aut motus vel vitiosa qualitas sanguinis, meritò eandem exulare jubemus. Si enim corpora paralyticorum sunt languida, frigida, vires prostratæ, spiritus vel dissipati, vel fixati, quid aliud profundendo vitæ balsamum efficies, quam quod jam tum labile corpus ulterius enervabis.

Locum tamen habet, ubi plethora adest, idque per accidens, quatenus impedimentum curationis tollit; sic & in paralyfi à casu ab alto vel percussione, pro revulsione commodè & maturè instituitur. Verbo, convenit magis *V. S.* in paralyfi particulari, sicubi reliquum corpus copiâ sanguinis gravatum sit, vel hæmorrhoides, menses, aut aliæ evacuationes suppressæ ansam malo dederint, quàm in universali. Sic in impotentia loquendi ob paralyfin, sectionem sublingualium profuisse novimus. Sin eadem indicetur aliàs quoque, non tamen in affecto sive paralytico membro, sed in sano potius instituenda est.

*CUCURBITULÆ SCARIFICATÆ* Venæsectionis vicariæ minus conveniunt. Hæ enim attrahendo quidem calorem cum sanguine, simul tamen etiam dissipando & educendo cruciant saltim & debilitant ægrum. Locum tamen habent *SICCÆ NON SCARIFICATÆ*, utpote quæ capitibus musculorum appositæ calorem & sanguinem ad partes resolutas attrahunt, hæcque ratione easdem rursus vigorant. Cavendum tamen, ne justo diutius detineantur, ne quod attractum, quoque evaporet.

Quare



377

Quare semotis iisdem, partes  $\text{O}$  *Cosino* vel alio inun-  
genda, vel *emplastro* ex *resina pini* & *pice* fovenda, quod *B.*  
*Rolfinc.* commendat *tr. de partic. affect. cap. c. de paralyfi.*

FRICTIONES apprimè conducunt, ut spiritus & calor  
cum sanguine ad partem magis cieatur, atrophia avertatur,  
& vividus parti restituatur tonus. Adhiberi possunt & per se,  
& ante URTICATIONES.

Hæ quippe eximium paralyticis membris, ubi id quidem  
licet, constituunt remedium, inprimis ubi sensus simul deficit.  
Percutuntur partes affectæ, non sanæ, urticis recentibus mi-  
noribus semel de die, vel alternis diebus, donec rubor appa-  
reat. Ita enim per dolorem & calorem ab infixis spiculis nu-  
trimentum attrahitur, & vitiosi humores evocantur. Neque  
obstat *Verulamii* metus, cui suspecta est urticatio, ne propter  
venenatam nonnullam urticæ qualitatem serpigines usu fre-  
quenti & mala cutis inducat; *Hist. V. & M. p. 548.* illa quippe  
experientiâ teste in urticâ nulla est.

CAUTERIA non conveniunt in omni paralyfi, sed quæ  
à sero in capite oritur, & quæ à spinali medullâ provenit, ast  
tentatis prius aliis.

SETACEA & VESICATORIA in ferosâ colluvie non  
minimum adferunt commodi, dum eandem evacuando ac re-  
vellendo & curant & præservant.

Sin à compressione vel contorsione nervorum oriatur  
paralyfis, partes in locum pristinum quantocyus reponendæ,  
& adedò obstaculum spirituum removendum.

FONS PHARMACEVTICUS depromit remedia cuius  
indicationi appropriata, idque sub geminâ potissimum elaf-  
se EVACUANTIUM & ALTERANTIUM, universalium &  
particularium. Hinc quæ causam morbi exturbant, primò  
sefe offerunt EVACUANTIA, ut seu serum vitiosum, per se  
peccans, seu in coagulum abiens, seu acore inquinatum, seu  
scoriis biliosis tartareis, probè educatur. Cautè autem hîc  
procedendum & vires semper probè respiciendæ, ne nimium  
commovendo humores, malum in pejus præcipitemus; Si-

D

cuti





cuti minus conveniunt sphinctere ani resoluto, injussis egredientibus fecibus alvinis. Ex usu est purgatio magis & in principio, præcipuè si infimi ventris fomes accedat, & cacochymia id indicet, ita enim depleto toto in nervos quoque suus redundabit usus. Neque verò hic tam *depressiva* conducunt, licet sensus non æquè stimulum percipiat, quàm ut plurimum lenia purgantia & quæ per epicrasin evacuant, fortioribus præferenda; quo scopo consultum est eadem cum nervinis alterantibus simul maritare.

EX LENIENTIUM numero seligenda *aloëtica*, & quæ faburram pituitosam ac tartaream stagnantium humorum respiciunt alia, siquidem & torpida natura stimulo ferè eget, & hoc pacto stercoreâ mole evacuata ad reliqua struitur facilius in primis viis via.

℞. ▽ *chamedr. beton. acac. ā. ʒi.*  
*electuar. caryocostin. correct. Rolsins. ʒij.*  
*essent. rhab. ʒj. sir. ros. solut. de cich. c. rhab. ā. ʒij.*  
 M. F. H. D. in sicili S. Lindtrancf.

℞. M. F. car. Schröd. ʒj. aloët. Excell. Dn. D. Prof. ʒss.  
*resn. scam. ʒ. v. extract. castor. chamedr. ā. ʒ. vi.*  
 M. c. elixir. propr. q. f. F. l. a. pilulæ S. Lindpillen.

Notabile est *Cassiam solutivam* communiter Paralyticis ab autoribus prohiberi, præsertim Italis, quod ipsis quasi venenum sit, idque forsan ex eo, quod & flatulenta est, adeoq; turbas movet magis, quàm promovet, & fibras nerveas magis laxat, ipasque magis debilitat.

PRÆPARANTIA ad humores quæ viscidos incidentes & resolvendos, quæ acidos & fixos absorbendos & temperandos, ex ipsis alterantibus nervinis depromenda apprimè faciunt, quorum pauca saltim libabimus exempla.

℞. Δ *epilept. Lang. chamedr. fl. paral. chamep. ā. ʒij.*  
*essent. castor. pæon. ā. ʒj. ~ Θ \*ci anisat. ʒij.*  
*sirup. pæon. q. f. M. F. l. a. Potio.*

℞. Δ.



25.

379.

℞.  $\Delta$  cinam. s. v. ; ceras. nigr. salu. ā. ʒij.  
extr. chamap. chamadr. castor. ā. ʒʒ.  
℞e conall., ~ Oli cephal. ā. ʒj.  
sirup. stæch. Amb. q. s. ad g. s. M. D. in fict.  
S. Digestiv-Träncklein.

℞. mixtur. simpl. ʒj. essent. lignor. compos. ʒʒ.  
D. in Vitro S. Digestiv-Essenz.

PURGANTIA in paralyti quidem necessaria hinc & ipsa sunt, ad causam antecedentem & foventem materialem removendam, non tamen sine discrimine propinanda. Si enim involuntariè elabantur scybala, ut jam diximus, iis minus locus est; Sin adstrictior ob minorem stimuli sensum alvus, mitiora planè nihil præstant. Hinc consultius esse ducimus, priori quidem casu intermittere eadem potius, posteriori verò mediâ viâ incedere, nec nimis fortibus naturam pessundare.

℞. gialap. resin. nigr. ʒj. scammon. corr. ʒ. iv.  
crystall. ʒri ʒ. iix. cinnab. nat. ʒ. iij. ʒo anis. gutt. j.  
M. D. in Chartâ. S. Laxirpülverlein.

℞. pulv. laxat. veget. ʒj. cremor. ʒri ʒ. vj.  
fecul. pæon. ʒ. ix. M. D. in Chart. S.  
Purgierpülverl. auff einmahl.

℞. NE. cathol. Excell. Dn. D. Pras. ʒj. extr. chamadr. ʒ. v.  
ʒo salu. gutt. j. M. F. l. a. pil. xij.  
D. in pyxide S. Laxirpillen/

quarum pars vesperi sub lecti ingressum sumi potest, reliqua pro nocturnâ operatione majori vel minori mane altero.

Pilulis verò commodè id negotii committere possumus, cum longiori in ventriculo morâ longius etiam evibrent vires. Hinc & in primis heic locum habent infusa, utpote quæ sensim & sensim alterando ac purgando mirum quantum conducunt.

℞. rad. pæon. valerian. doron. caryophyllat. ā. ʒij.

D 2

berb.



380

*herb. chamædr. chamap. rorismar. salu. ā. mß.*  
*fl. pamyf. stæch. Arb. summitat. fumar. ā. pij.*  
*bermodactyl. mechoacann. alb. ā. 3j.*  
*rhabarb. Alex. fenn. Alex. f. ā. 3ij.*  
*galang. cinamom. spic. Indic. ā. 3ß.*  
 Concis. contus. g. m. S. Species zum Wein.  
 Nec laus deneganda *Clysteribus*, quibus aliàs in affecti-  
 bus frigidis v. g. Apoplexiã &c. non parum tribuendum.

*R. herb. 5. emoll. salu. betonic. ā. mß.*  
*rad. lil. alb. alb. pæon. ā. 3ß.*  
*fl. acac. melilot. chamomill. stæchad. Arb. ā. pij.*  
*fenn. f. f. 3ß. mechoacann. agar. in pet. ligat. ā. 3j.*  
*sem. seni gr. 3ij. bacc. laur. sem. anif. ā. 3ij.*  
*castor. 3j. Coque in f. q. Δ fontan. Colaturæ 3j. adde*  
*elect. bened. laxat. 3vj. melanthosar. 3 castor. rut. ā. 3ß.*  
*3 gemm. 3j. virell. ovor. n. j. M. F. I. a. Clyster.*

VOMITORIA, si ventriculus pituitosis ac viscidis ob-  
 volutus sit fordibus, non excludenda, ex *rad. asar. 3 3l. &*,  
 qui palmam facilè omnibus præripit, ¶ o emetico ad ductum  
*Excell. Dn. Ludovici & Dn. D. Presidis* fabricato.

Inter hæc generalia præsidia verò vix alia intimius af-  
 fectui debentur, quàm DIAPHORETICA seu torporem hu-  
 morum & spirituum excutere, seu volatilitatem iisdem resti-  
 tuere, seu serum vappescens corrigere sit animus. Idque præ-  
 cipuè exsequuntur volatilia urinosa, seu salina volatilia liqui-  
 da, solida & fixata.

*R. bezoard. Dial. crm. human. philos. præp. ā. 3j.*  
*3 C. C. vol. fixat. 3. vj. M. D. in Chart. S. Schwitz*  
*pulver.*

*R. pulv. bezoard. Excell. Dn. D. Pras. 3j. 3 nat. Ungar. Olar. 3. vj.*  
*3 ebor. vol. 3. j. M. S. ut supra.*

*R. mixtur. simpl. volat. correct. Excell. Dn. D. Pras. 3ij.*  
*D. in vitr. S. Schwitz Mixtur.*

*R. Ra. comll. c. 3. C. C. 3j. essent. 3ij 3 sat. 3ß. M.*  
*R. Δ*



*Rx.*  $\Delta$  card. ben. chamadr. chamap.  $\bar{a}$  ʒi.  
essent. belen. ʒj. mixtur. simpl. Andernac. ʒij.  
sir. de scord. ʒiij. M. F. Haustus. D. in Ficcili.  
S. Schwigz-Trancf.

*Rx.* Ra bacoard. essentia lignor. compos.  $\bar{a}$ . ʒi.  
~us Oli cephal. ʒj. M. S. Schwigz-Dinctur.

*Rx.* md. chin. ʒi. scorzon. ʒiij. ras. lign. sanct. ʒij.  
sassafr. ʒij. summit. chamadr. fumar.  $\bar{a}$ . mj.  
fl. primul. ver. stæch. Amb. anth.  $\bar{a}$ . pij. cinamom. ʒi.  
Coque in  $\Delta$  chamadr. sambuc. cardui bened.  $\bar{a}$ . f. q.  
in vase duplici.

Colat. lbj. adde ~ Fri compos. ʒiij. confect de hyacinth. ʒij.  
sirup. de beron. q. f. ad gr. D. in Ficcili S. Schwigz-Trancf  
auff etliche mahl/ cujus usus per aliquot dies mane continua-  
ri potest.

Rejicit quidem *Septalius animadvers. lib. 6. caut. 73.* uti in genere in paralyfi diaphoretica & sudorifera, ita in primis per diætam, dum tenuiores tantum per eandem partes evacuari scribit, relictis crassioribus, probat contra ea diuretica, utpote quæ commodius saburram excrementitiam per urinam educant. At enim verò nimis duriter invehitur in nobilissimum ac præstantissimum remediorum genus. Dum enim penetrando ac resolvendo tenaces humores in vapores convertunt, atque ad ambitum corporis relegant, non minimum causæ morbificæ eliminant, quin potentissimè humores à nervoso genere exturbant. Non negamus tamen, si, quod de purgantibus jam diximus, sudore injusta diffuant membra, cautius paulò hæc talia adhibenda vel omittenda.

Nec excludimus **DIURETICA** in hocce affectu convenientissima, siquidem & ferum minus fluxile & restagnans ac in pituitam viscidam coagulatum hæc quoque optimè expediunt. Interveniunt huic rei optimè *Salia, fenic. cicbor. scord. chamap. chamadr. genist. sambuc. urtic. polychrest. Excell. D. D. Pras. juniper. arcan. ʒ. lap. 69. ~ O, Ol. coagulat. Ra alke-  
keng.*



*keng. malvat. juniper. Ra aperitiv. &c.* Et hæc quidem tùm in aliis casibus, tùm imprimis in colicâ scorbuticâ, ad tartarum cœnosum, ceu amurcam acetosam & feculentam, & salia impura auferenda ex corpore unice conducunt. Licet verò benè noverimus, non æque qualitates specifice in Salibus supersitites visi, suffecerint tamen scopo nostro communes cum aliis, eæque modificatæ.

*Rx. essent. succin. alcalif. ʒiʒ. Ra Fri ʒʒ. M. D. in Vitro.*  
S. Blutreinigende Essenz.

*Rx. Chamadr. chamap. scord. ā. ʒi. ʒ Olar. ʒʒ. lap. ʒ ʒij. ʒ caryoph. gutt. j. M. Divid. in 6. part. æquales.*  
D. in Chart. S. Deffnendes Salz.

*Rx. malvat. juniper. c. diuret. fact. ʒij.*  
Ol. cephal. ʒj. Ra ʒii Zwelffer. ʒj.  
M. D. in Vitro. S. Treibende Mixtur.

Cautione tamen hîc opus est, ne omisiss purgantibus & sudoriferis hîsce solis curam superstruamus, uti quidem Empiricis id cum *ol. terebinth. vel balsamo Fris* solenne est, siquidem ab incauto & præpostero diureticorum usu paralyfin ortam testantur observationes, vid. *Smet. miscell. med. l. 10. p. 544.*

Post universalia illa & particulariter evacuantiâ in usum trahi possunt, quæ speciatim evacuant caput, ut inter alia sunt I. ERRHINA & STERNUTATORIA. Cautè nihilominus procedendum, ne nimium conquassato cerebro, humores magis iritemus, atque in pejorem statum præcipitemus. Faciunt huc *species diamazon. & de tabaco Myns. pulvis sternutator. Rulandi, tabacum essentiis fl. jasmini, rosar. aliisque imprægnatum & præparatum.* Vel

*Rx. tabac. Virgin. ʒʒ. fl. lil. convall. fol. major. ā ʒj.*  
*euphorb. ʒj. ambr. mosch. ā. ʒ. iij. pulverisata M.*

*Rx. fl. lil. convall. ʒʒ. fol. rorismar. rad. pyretbr. bellebor. alb. ā. ʒj.*  
*gall. moschat. ʒ. iv. pulverisata gr. m. M. D.*

2. MASTICATORIA, quæ tùm in motu constitutos humo-



29.

humores educunt, tùm caput simul egregiè roborant. v. g. ex  
*md. pyrethr. caryoph. cubeb. mastich. granulat. Nuc. mosch. fl. an-*  
*thos &c.*

CAPUT IX.

De

*Præsidiis alterantibus par-*  
*ticularibus.*

PRimas hinc tenent & omne absolvunt punctum ALTE-  
RANTIA & ROBORANTIA.

Excellunt verò in primis, quemadmodum in omnibus frigidis affectibus, ita in paralyfi quoque volatilia, quæ particulis suis volatilibus penetrantibus, confortantibus, nervisque amicis mirum quantum archæum partium demulcent. Hæc nervorum poris, testante *Excell. Dn. D. Præs. tr. de*  $\Theta$  *vol. plant. c. 7. p. 64.* apprimè conveniunt, hinc sese iisdem inferere, eosq; pervagari, obstacula remove & liberum spiritibus cursum vigoremque acquirere possunt. Post hæc & medii generis, & ea conveniunt quoque, quæ absorbendo & fundendo serum acidum & viscidum laudem merentur. Inexhaustum hic se sinit nobilissimorum remediõrum gazophylacium, quorum catalogum hæc recensere nostri non est instituti, nec pagellæ angustia id caperet. Sufficiat exercitii gratia quasdam addere formulas.

*Rx.  $\Theta$  apoplect. Myns.  $\mathcal{J}$  cornu alc.*

*ebor. cran. human. sine igne preparat.  $\tilde{a}$ .  $\mathcal{J}$ ß.*

*pulv. epilept. March.  $\mathcal{Z}$ ß. M. S. Stärckend Hauptpulver,*

*Rx. pulv. cephal. Dn. D. Præs.  $\mathcal{J}$ ß. anther. coryl.  $\mathcal{J}$ ß.*

*magist. cran. human.  $\tilde{g}$ . xv. castor. g. x. M. S. ut ante.*

*Rx.  $\sim$ us magnanim.  $\mathcal{J}$ ß. corn. cerv. alcis  $\tilde{a}$ .  $\mathcal{J}$ ß.*

*essent. castorei, succin.  $\tilde{a}$ .  $\mathcal{Z}$ ß. M. D. in vitro S. Haupt-Mixtur.*

*Rx.  $\Delta$  lil. convall.  $\mathcal{Z}$ ß.  $\sim$   $\Theta$  \*ci  $\mathcal{Z}$ ij. M.*

*Rx. elix. cephal.  $\mathcal{F}$  sat.  $\mathcal{Z}$ ij.  $\sim$   $\Theta$  \*ci  $\mathcal{J}$ ß.  $\circ$  spic. gutt. vj.*

*M. D. in Vitro S. Haupt-Elixir.*

*Rx.  $\sim$  lumbr. terrestr. rut.  $\Theta$  \*ci vol.  $\tilde{a}$   $\mathcal{Z}$ ij. D.*

*Rx. ef.*



384.1

R. essent. lin. ʒi. xyloaloes, castorei ā. ʒB.  
 ~ ⊖ \*ci gutr. xij. M. Detur cum regimine.

R. conf. fl. pæon. paralyf. tunic. anth. ā. ʒB.  
 spec. diamb. diamosch. d. ā. ʒi. pulv. cephal. Craton. ʒB.  
 margar. preparat. corn. alcis, cran. human. ā. ʒi.  
 confect. anacard. nuc. Indic. condit. ā. ʒB. fol. ⊙ n. iij.  
 sirup. de beton. stœch. Arab. ā. q. s. M. F. l. a. Electuarium.  
 S. Stärkende Haupt-Sarweg.

In paralyfi linguæ conducit *mitbridatum*, *iberiaca vetustior*, *confectio anacardina*. Laudat quin imò experienciâ suâ *iberiacam diateffaron Hoffmannus panalip. offic. c. 4. p. 511*. In aliis ex propriis fontibus, quæ è re esse videantur, peti & applicari debent.

Notandum hîc, sicuti consuetudines in leges tempore degenerant, ita & medicamentis obrutam naturam iisdem asfuescere, nec idcirco optatum semper sequi finem; Conducere ergò per intervalla, nisi necessitas urgeat, languenti naturæ succurrere.

Interim TOPICIS EXTERNIS membra fovere calor, emortuum revocare consultum maximopere erit, tum origini membrorum universali, tum maximè speciali per superius dicta attendendo. Hoc nomine commendantur frictiones dorsi & partium cum pannis prius super suffitum calefactis. Hæ enim spiritus & sanguinem ad partes retrahunt, alimentum ad exteriora validè eliciunt, pororumque hæc laxatione faciliorem spiritibus, sanguini & alimento viam præbent.

UNGUENTA AC LINIMENTA NERVINA, post frictionem partibus & spinali medullæ inungenda, necessaria sunt, ut, quod attractum, foveatur, ipsæque partes roborentur. Notabile strategema in praxi hæc est, ut olea destillata ætherea cum aliis concorporentur expressis, coctisve, vel unguentis ipsis: si quidem illa quidem insigniter calidum partis affectæ roborant, uti *oleum pipæris, caryophyll. sic. succin.*



*Succin.* & similia hunc in finem apprimè commendantur, ass  
facile disparent & citra impressionem firmiorem avolant. Hæc  
verò, uti communiter profant, v. g.  $\odot$  *chamameli*, *ruta*, *lum-  
bricor.* & unguenta usitata ipsa, inhærent quidem parti, sed  
non penetrant. Ex utrisque ergò conjunctis commoda con-  
stituitur mixtura, quibus & medii generis, *pinguedo castorei*,  $\odot$   
*balsam.* & *formicar.* *Mysf.* &c. addi queunt.

*R.* unguent. *martiet. nervin.* *August.*  $\bar{a}$ .  $\text{℥}\text{℞}$ .

$\odot$  *succin. lumbr. terr. vorismar.*  $\bar{a}$ .  $\text{℞}$ . *petrolei.*  $\text{℥}\text{j}$ .  
*zibeth.*  $\text{℥}\text{.iij}$ . M. D. in pyxide S. *Sälblein zum Rückgrad.*

*R.* unguent. *paralyt.* *Mysf.*  $\text{℥}\text{j}$ .  $\odot$  *junip. caryoph. spic.*  $\bar{a}$ .  $\text{℞}$ .

*balsam. de Capayba*  $\text{℥}\text{j}$ . F. l. a. Unguentum.

Pertinet hûc & *Galbanetum Paracelsi* & aliorum, cui col-  
laeteum est destillatum *Crotonis* in *Paresi ep. 237.* & destillatum  
è *Galbano* ejusdem *Conf. 172.* descriptum. Vid. & *balsamum*  
*galbani terebinthinatum Druvviii tr. de scorb. p. 193.*

Præter unguinosa, & spirituosa officium faciunt, uti in-  
signiter prodesse scribit essentiam castorei *Sim. Pauli quadrip.*  
*Botan. p. 75. & 112.* si eâ spina dorsâ nuchâ ad coccygis usque  
os inungatur, sive cum spiritu lil. convall. sive cum vino adu-  
sto (ita verò barbari spiritum vini appellant, cum nihil mi-  
nus sit quàm adustum vinum, è Germaniâ destillandi signifi-  
catione ineptè detorso vocabulo) extracta fuerit.

Imbui quoque possunt linteamina *℥i pamylico Mysf.*  
atque partibus imponi.

Ultraque hæc in usum trahi queunt, spirituosa enim hæc  
penetrant, dissipant, & roborant penitus, oleosa verò & un-  
guinosa diutius.

*R.* liniment. *nervin.* *Excell. Dn. D. Pres.*  $\text{℥}\text{ij}$ . D. in vitr.

S. *Glieder-Wasser.*

Non incongruum erit, inunctas partes sacculo quo-  
dam paregorico calido superimposito fovere, qualis ex *cha-  
mameli.*, *roremarin.*, *chamadri.*, *chamapit.*, *polio mont.*, *ser-  
pill.*



386.

*pill. origan. fl. paralyf. spic. nard. stæchad., Amb., tunic., sem. fæni gr. lini &c. confieri facillè possunt.*

SUFFIMENTA poros aperiendo, partes leni calore & penetrantibus effluviis roborando, symbolum hic quoque suum conferunt, quemadmodum inter alia, quæ quidem componi possunt, præprimis excellit *suffimentum de Sandarachâ & alia Myns.*

Complementum curationis quasi addunt BALNEA tùm NATURALIA, tùm ARTIFICIALIA, ubi præ Osis excellent bituminosa, & ea ac Osa; ex artificialibus commendanda quæ fiunt ex decocto formicarum, vinaceis, ex herbis item nervinis & paregoricis, ipsisque adeò mineralibus. Hæc laxas partes roborant, tonum restituunt, & illapfos humores digerunt, dissipant, ut spiritus liberius vagari & functiones suas obire queant.

Notandum autem, quod ob sensus absentiam balnea non nimis calida esse debeant, ne quæ calefieri debeant membra, urantur. Dein quod membra & spinalis medulla prædictis unguentis post balnea illinenda sint.

Demùm cerebri intemperiem frigidam per CUCUPHAS corrigere consultum maximoperè erit, hæ enim in frigido capitis affectu calefaciendo, fovendo & roborando, si quid aliud, conveniunt.

- R. rd. pæon. irid. fl. cyper. rotund. ā. ʒij.*
- fl. lil. convall. stæchad. Amb. lavend. spic. jasmin. ā. p. ij.*
- fol. rorismar. serpill. majoran. ocym. basil. ā. mʒ.*
- lign. rhod. sandal. citr. xyloaloes ā. ʒj.*
- cubebar. zbur. benzoës. succin. ā. ʒj. gall. moschat. ḡ. vj.*

Concis. contus. g. m. conspergantur. ~ *lil. convall.* atque insuantur sindoni rubræ.

Pro judicio Medici eadem hæc medicamenta usurpari possunt in paralyfi à colicâ & scorbuto, non neglectis tamen antiscorbaticis & causæ foventi debitis, integram enim jusli-





juslibet curandi methodum hic apponere nostri non est instituti.

Ultimò monere operæ pretium ducimus, non statim desperandum esse, si ad votum medicamenta non statim operentur, nec unico medicamento, præstantissimo licet, morbus ex tempore auscultet. Cùm enim chronicus morbus sit, diuturna quoque ejus est curatio. Observandum proinde illud Hippocratis sect. 2. aph. 52. Omnia secundum rationem facienti, si non succedant secundum rationem, non tamen transfundendum ad aliud, manente eo, quod ab initio visum fuit.

## CAPUT IX.

De

### Diætâ.

Agmen denique claudit DIÆTA tùm *specialis*, quæ victu absolvytur, tùm *generalis*, quæ reliquarum rerum non-naturalium observatione. Ut enim quilibet suæ & sanitatis in physicis, & fortunæ in moralibus faber est, ita natura & Medicus ab ipso ægro contra morbum adjuvandi sunt.

Hinc ex vitali diætâ, AER sit pellucidus, minimè nebulosus ac pluviosus, sed calidus ac moderatè humidus, qui spiritus vigoret ac corpus luce suâ vegetum reddat. Conducit & effluviis odoratis imprægnatus; Si naturâ minimè talis, arte parandus. Venti Australes, Boreasque gelidus, utpote nervis inimicus, vitentur.

IN NATURALI CIBI sint εὐχρημοὶ καὶ εὐπεπτοί, facile in succum & sanguinem convertibiles, victus sit moderatus, omnis excessus vitetur, cœna præsertim sit tenuis; vitentur omnes crudi, flatulenti & nimis humidi. Sic Pomponiana sive mammosa pyra, quia plerumque sunt crudi fucci, exulent. Absint omnia fumo indurata, pisces torrefacti, limaces, ostrea. Pisces tamen conceduntur saxatiles. Carnes, præsertim salviâ, lavendulâ, vel roremarino condi-



æ, præstant elixis vel coctis. Olera flatulenta & crassum succum generantia (inprimis muriâ condita) relegendur. *Langius ep. l. 2. p. 559.* commendat esum columbarum, ut & versationem in columbario.

POTUS sit cerevisia benè cocta, lupulata, defecata, tenuis tamen, cephalicis medicata plantis, vel vinum dilutum. Vina generosiora, quale inter alia est *Hungaricum*, ob vapores, quos copiosos ad caput mittit narcoticos, & rumq; subtilem, quo obstructions parit, item occultum acorem, quo nervis inimicum se exhibet, vitanda; Concedendum tamen dilutum consuetis, & debiliori ventriculo, moderato usu.

IN ANIMALI, MOTU, quantum quidem fieri potest aequentur membra, muscoli ac tendines crebro nisi ad motum invitentur. Sic non roborabuntur solùm partes, pristinoque restituentur vigori, sed discussis etiam halitibus vegetius exsurget corpus, quod continua decumbendi segnitie torpidum reddit.

SOMNUS & VIGILIAE debitè sibi invicem respondeant. Somnus enim nimius causam morbi auget & spiritus torpidos reddit, vigilia contra eosdem absument. Valet proinde hic quoque illud *Coi*: Somnus & vigilia, si modum exceßerint, malum.

EXCRETA quotidie è corpore eliminanda. Hoc si non fit, alvus leni medicamento sui officii admonenda.

VENUS, ut sanorum potius opus est, & nervis ac spiritibus debilibus bellum indicit, ita paralyticis vix concedenda.

ANIMI MOTUS ad spiritus resuscitandos vergant, moderatè tamen instituantur, ne nimium in gaudium effusus æger, spiritibus discussis, debilitetur magis, quàm roboretur. Cane verò pejus & angue fugienda animi dejectio, mœror & desperatio. Proinde prognostico erigendus æger, ut placido animo expectet, quod unico momento perfici nequit. Etenim non desunt exempla eorum, qui obstinatâ diffidentia Parcarum extorserunt immisericordiam. Affectus verò illi



37.  
illi qui motum spirituum ad peripheriam vertunt, ut ira ipsa;  
non nocent, quin potius calorem sanguinis excitant, unde  
in affectibus pituitosis & frigidis commendantur,  
sed ne quid nimis.

289.

*Soli Deo Gloria.*

---

**CLARISSIME DOMINE**  
**DOCTORANDE,**

**T**Hemistoclem olim Miltiadæ excitarunt tropæa, ut honestâ æmulatione idem assequi fastigium studeret, quâ & dubiam ejusdem hinc gloriæ palmam reddidit. Meritò & in re literariâ honestâ ambitione ducimur ad honores capessendos, si prævios viderimus alios, qui feliciter reportarint lauream & gloriosè rem suam gesserint.

Si quæ alia è Germanis provincia, felix sanè Silesia Medicorum proventu fuit; Montani, Cratonis, Bucretii, Scholzii, Agricolæ, Sachsiique & centum aliorum nomina æternitati inferta vigent.

Estque etiamnum ea sedes purioris Literaturæ, Medicinæ solidioris & curiositatis genuinæ

E 3

nuinæ



390.

nuina patria, & domi morborum artifices magna cum laude fovens, & in reliquum orbem hinc inde Langios, Sennertos, Majores, Ammannos, elocans, qui avitam famam in Academiae tueantur non minus ac ipsius medicae artis gloriam.

Largita TIBI est rerum parens non ignobile & capax ingenium; positus ergo primis rite fundamentis locum studiis aptum selegisti hanc Academiam: Vix dici potest, quantum utrumque studiis conferat.

Primae coctionis, ajunt, vitia non corrigi in secundâ, multo minus in tertiâ. O felices illi studiorum, medicorum in primis, cultores, quibus in succum & sanguinem cesserunt prima illa eruditionis fercula, omnium hinc vehicula subsequentiū! Est verò & eo nomine laudanda Patria Tua, quod commodè aptet ingenia ad altiora illa studia.

Nil hic intentatum est, vixisti nobiscum moribus inculpatis, visus es assiduus nostrum domi forisque auditor, sedulus arcanorum naturae scrutator & sectator in praxi ipsâ. Lustrare Tibi cordi fuit viscera microcosmi ferro recondita igne nostro manucente.

Quod





Quod maximum est, maturari voluisti studia & profectus adolescere in re in firmum robur; quî enim fructus ferre queant, si vel immaturâ mutatione propellantur, vel nondum firmus animus continuo errore vagetur? Nusquam est, qui ubique est.

Ipse locus aliquid docet, ipsa conversatio tum cum fertili commilitonum coronâ, publicis inprimis iisque doctis certaminibus, tum cum artis Magistris: id verò magno duxisti in pretio, cohabitare eruditis, exerceri utrobique, undique fœnerari accessionem doctrinæ, occasionem discendi omittere nullam.

Nunc dignè promeritos honores ex voto capesse, ut felicem Te medendi artificem probes, & patriæ utilem & parentum honori natum. Vade fortiter! Vade feliciter! Dab. in Athenæo Salano è muléo 1677. d. 18. Jul.

*Georg. Wolffg. Wedelius, D.*








153154

X2615746


R

W 17









DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS

De

# PARALYSI,

Quam  
jussu & autoritate

Illustris ac gratiosissimæ Facultatis Medicæ  
in almâ Salanâ,

P R Æ S I D E

V I R O

*Excellentissimo & Experientissimo*

DN. GEORGIŌ WOLFF-  
GANGO WEDELIO,

Med. Doct. Theoret. P. P. famigeratissimo,  
Medic. Ducal. Saxon. nec non S. R. I. Natur. Curios.

Adjuncto spectatissimo,

*Domino Patrono, Præceptore, ac Promotore  
nunquam satis colendo,*

PRO LICENTIA

Summos in arte Medicâ honores, insignia &  
privilegia Doctoralia legitime consequendi,  
*publica Philatorum acquisitioni submittit*

SAMUEL Graß/ Vratislav. Silesius,

*in Auditorio majori,*

*horis ante & pomeridianis  
ad diem 21. Jul. A. O. R. M DC LXXVII.*

J E N Æ,

TYPIS SAMUELIS KREBSII.